Jeremie

nis eorum. Quid est quod dilectus meus in do
mo mea. fecit scelera multa. Nunquid
carnes sancte auferent a te malicias tuas
in quibus gloriata es. Oliuam uberem
pulcram fructiferam speciosam uocauit
dominus nomen tuum. Ad uocem loquele gran
dis exarsit ignis in ea. et combusta sunt
frutecta eius. Et dominus exercituum qui
plantauit te locutus est super te malum:
pro malis domus israel. et domus iuda
que fecerunt sibi ad irritandum me li
bantes baalim. Tu autem domine demon
strasti mihi. et ego cognoui: et tu osten
disti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus
mansuetus qui portatur ad uictimam:
et non cognoui quia super me cogitauerunt
consilia dicentes. Mittamus lignum
in panem eius. et eradamus eum de terra
uiuentium. et nomen eius non memoretur
amplius. Tu autem domine sabaoth qui iu
dicas iuste et probas renes et corda: ui
deam ultionem tuam ex eis. tibi enim reue
laui causam meam. Propterea hec dicit dominus
ad uiros anathoth qui querunt animam tuam:
et dicunt non prophetabis in nomine domini. et non
morieris in manibus nostris. Propterea hec
dicit dominus exercituum. Ecce ego uisitabo
super eos. iuuenes morientur in gladio
filii eorum et filie eorum morientur in fa
me. et reliquie non erunt ex eis. Indu
cam enim malum super uiros anathoth: annum
uisitationis eorum. XII
Iustus quidem tu es domine: si disputem
tecum. Verumtamen iusta loquar ad te.
Quare uia impiorum prosperatur: Bene est omni
bus qui preuaricantur et inique agunt.
Plantasti eos et radicem miserunt: profi
ciunt et faciunt fructum. Prope es tu
ori eorum: et longe a renibus eorum. Et tu
domine nosti me. uidisti me. et probasti
cor meum. Congrega eos quasi gregem ad
uictimam: et sanctifica eos in die occisionis.
Usque quo lugebit terra. et herba regio
nis siccabitur. propter maliciam habitan
tium in ea. consumptum est animal. et uo
lucre: quoniam dixerunt non uidebit nouis
sima nostra. Si cum peditibus currens labora
sti: quomodo contendere poteris cum equis.
Cum autem in terra pacis securus fueris:
quid facies in superbia iordanis. Nam
et fratres tui et domus patris tui: etiam ipsi pu
gnauerunt aduersum te. et clamauerunt
post te plena uoce. ne credas eis cum
locuti fuerint tibi bona. Reliqui domum
meam: dimisi hereditatem meam. dedi
dilectam animam meam in manu inimi
corum eius. Facta est mihi hereditas mea quasi leo
in silua: dedit contra me uocem. Ideo odiui
eam. Nunquid auis discolor hereditas
mea mihi. Nunquid auis tincta per totum:
Venite congregamini omnes bestie terre:
properate ad deuorandum. Pastores
multi demoliti sunt uineam meam: conculca
uerunt partem meam. dederunt portionem meam
desiderabilem in desertum solitudinis.
Posuerunt eam in dissipationem: luxit
que super me. desolatione desolata est omnis
terra: quia nullus est qui recogitet cor
de. Super omnes uias deserti uenerunt omnes
uastatores: quia gladius domini deuora
uit ab extremo terre. usque ad extremum
eius. Non est pax uniuerse carni. Semi
nauerunt triticum: et spinas messue
runt. hereditatem acceperunt: et non eis
proderit. Confundimini a fructibus
uestris: propter iram furoris domini. Hec dicit
dominus aduersum omnes uicinos meos
pessimos: qui tangunt hereditatem quam
distribui populo meo israel. Ecce ego e
uellam eos de terra eorum: et domum iu
da euellam de medio eorum. Et cum euul
sero eos conuertar et miserebor eorum: et
reducam eos uirum ad hereditatem suam.
et uirum in terram suam. Et erit. Si eru
diti didicerint uias populi mei. ut iurent
in nomine meo uiuit dominus. Sicut docue
runt populum meum iurare in baalim:
edificabuntur in medio populi mei. Quod
si non audierint: euellam gentem illam
euulsione et perditione. ait dominus.
Hec dicit dominus ad me. Uade XIII
et posside tibi lumbare lineum et po
nes illud super lumbos tuos: et in aquam
non inferes illud. et possedi lumbare
iuxta uerbum domini: et posui iuxta lum
bos meos. Et factus est sermo domini ad